

PSALMVS XCIII.

ARGVMENTVM PSALMI.

Habet hic Psalmus doξολογίαν Dei, tanquā veri ac sempiterni Dei, qui magnificentiā suā inde ab ini-  
tio Mundi, per id quōd Orbē cōdidit, declarauerit: ac tandē etiā populo suo testimonio voluntatis  
sue, data lege proposuerit, inq; illius medio habitationē, quā sācilitas perpetua exornet, instituerit.

Dispositio Psalmi.

potest hic psalmus bipartiri, ita vt quatuor priorib. versib. pars prima, qua magnificentia Dei toti Orbi  
declarata: postremo verò altera detur, quā beneficētia Dei populo Israëlī specialiter exhibita decātur.

PRIMA PARS PSALMI.

**D**OMINVS regnat, magnificentiam induit, induit Dominus robur, cir- VERS. I.  
cumcinxit se: etiam firmasti Orbem, non mouetur.

2. Firma est exinde sedes tua, à seculo tu es.

3. Extollunt flumina Domine, extollunt flumina vocem suam: extol-  
flumina fluctus suos.

4. Præ vocibus aquarum multarum, præ terribilibus maris fluctibus: terribilis es  
in excelsis Domine.

Dominus regnat.] Ebr. יהוה מלך. Græcus sic: ὁ κύριος ἐβασίλευσεν: id est, Dominus regnavit. Sic. LECTIO.  
git & Hieron. Malui reddere, in præsentis temporis forma, vt Dominum perpetuò regnare intel- Vers. 1.  
ligamus.

Magnificentiam induit.] Ebr. גארת לבש יתרה עז התאור. Potest hæc particula sic legi: Magnificentiam  
induit, induit Dominus, robore se cinxit. Vel sic: Magnificentiam induendo induit Dominus, &c. Græcus sic reddi-  
dit: ἀντίπαρ ἰνδύσαστο, ἰνδύσαστο κύριος ἐβασίλευσεν, καὶ πρυγύψαστο: id est, Magnificentiam induit, induit Dominus  
potentiam, & accinctus est.

Etiā firmasti Orbem.] Ebr. אף חבון חבל. Græcus sic: καὶ γὰρ ἐσφίωσεν τὸν οἶκον μου: id est, Etenim firmā-  
uit Orbem Et Hieron. Insuper appendit Orbem, quasi sit חבון.

Extollunt.] Ebræus, גשאו. Græcus, ἐπαύσαν: id est, E. euauerunt. Sic & Hieronymus & alij qui duos Vers. 3.  
hosce versus tertium & quartum parabolicè intelligunt.

Præ vocibus.] Ebr. מקולות. Græc. ἀπὸ φωνῶν: id est, A' vocibus: quemadmodum & Hieron. reddidit. Vers. 4.  
Et Chaldæus מן קולן, & Arabs reddiderunt, quod vtrumq; legi potest, vel A' vocibus, vel Præ vocibus,  
aut Supra voces, Plus quàm voces, &c.

Præ terribilibus maris fluctibus.] Ebr. ארירי משריירי. Ego repetij illud Præ, perspicuitatis gratia.  
Græcus legit: θαυμαστοὶ οἱ μετρώσεις τοῦ θαλάσσης: id est, Mirabiles eleuationes maris. Hieronymus legit:  
Grandes fluctus maris. Alij legunt. Validi fluctus maris. Ebr. dictio ארירי ita comparata est, vt & mirabilem  
& celebrem & validum & terribilem sonet.

Græcus præmisit huic Psalmo ἰσχυρὰ ἡ ἱστῶσα, Eis τὸν ἡμέραν τῆς σαββάτου, ὅτι κατόπιστο ἡ γῆ, αὐτὸς ὁ δα὿ν  
τῷ Δαβὶδ: id est, In diem pro sabbathi, cum constituta esset terra, laus cantici David. Quoniam præcedens Psal-  
mus sabbatho, apud Ebræos inscriptus legitur visum est Græcis, etiam hunc & sequentem ad euna-  
dem esse vsuū destinatos. Et quia Orbis hoc Psalmo celebratur constitutio, inscripserunt eum  
sextæ diei, qua ad perfectum ducta est totius Orbis factura. Haud credo id temerè factum esse à  
Græcis. Suspicio inde motos, quòd forsan hunc Psalmum Iudæis die sexto, tanquam profabbatho,  
qui sabbathi parasceuen habebat, in vsu fuisse cognouerūt. Nec ipse Psalmus abludit, nec damnabi-  
lis fuit ea consuetudo, huiusmodi Psalmis animos populi ad dignam ac religiosam sabbathi cele-  
brationem præparare.

Dominus regnat.] Nihil obscuri est in verbis. Mens Prophetæ est, gloriam regni Dei contra gen- Vers. 1.  
tium calumnias asserere, quibus tanquam recens, & vnus populi Deus respuebatur. Canit ergo  
de regno Dei, quod inde ab initio Mundi cœperit, non demum ortum sit, cum Israëlēm susciperet.  
De Deo tanquam de amplissimo rege loquitur. Tribuit ei regnum, idque non inglorium & infir-  
mum, sed magnificum & validum. Magnificentiam, inquit, induit, induit Dominus robur. Sunt hæc duo  
regni insignia, magnificentia scilicet, & potentia. Magnificentia diuitias & opes, imò & largam opum  
declarationem: potentia verò vires eas significat, quibus inuictus rex & hostes opprimere, & suos  
defendere potest: ad quam pertinent vrbium munitiones, & militare robur, cum omnis generis  
armatura bellica. Ita Prophetæ Deum regem facit & gloriosissimum, & potentissimum. Et nos in  
oratione Dominica doξολογίαν hanc cœlesti Patri tribuimus, cum dicimus: Quia tuum est regnum &  
potentia & gloria in secula, Amen. Verbis illis metaphoricis inducendi & circumcingendi ad formam & ex-  
peditionem regiam respicit, Deum in ornatu illo vestitu & armatura regis iam ad bellum contra  
hostes accincti, considerandum proponens. Gloriabantur gentes de regum suorum splendore,  
& militari expeditione ac potentia: at Prophetæ populo Dei cœlestem regem, nō auro, non serico,  
non argento, non lapidibus preciosis, sed ipsa magnificentia indutum & ornatum, nec gladio aut  
hasta, sed robore cinctum ac munitum, spectandum exhibet.

Etiā firmasti Orbem, non mouetur.] Et magnificentie & potentie regni Dei documentum adijcit. Vers. 1.  
Magnificum est, si rex quispiam nouum regnum condat, roboris iudiciam est, si regnum à se con-  
ditum

Nn 4 ditum

PSALM

ocado. Ve. A  
generalem  
ga Deum, &  
ia alijs locis  
n regno suo  
arum & cœ  
e regno suo  
ad discrimē  
vticæ: sub  
t iusti, vel  
ineari regni  
tus per Me  
s palma & c.  
verò terram  
rili, sed & il-  
mo etiam nū  
eatur esse te.  
qstorum co.  
plendum.  
rarit. dicens:  
confert, qua-  
& iucundi.  
nec acerbos  
atione iusto.  
orum cedro.  
entē fructum  
itiariorum &  
rō non adfe-  
virtutem  
frugiferæ ar-  
uctum sequa-  
a fructum no.  
s, sed planta.  
atria Dei. Hinc  
t super torri-  
uet folium ex  
is de sanctua-  
esse in domo  
istis in horto  
are conantur.  
t.  
& virtus dei  
lioqui ex au-  
s.  
ficabunt. Sem-  
o quidam fru-  
ipfi seducant.  
n contrā est.  
am impiorum  
ri debere. Ad  
non stultum,  
esse in eo iniqui-  
asti. Contra eā  
tur ac florent.  
endū esse tan-  
vt sese contra  
lim manifestū  
felices erant.